

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Antonio Verantio, Episcopo Argiensi. Epist. II.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-198567

tionibus, Ecclesiæ causâ susceptis, magnificenti-
mè gestis: & nunc in urbe tua, quam divino simul,
& humano jure temperas, concursus ad te quotidiè
fiunt, optimorum virorum, & eorum maximè, qui
aut ipsi ingenio, literisque præstant, aut saltem de
ingeniorum, litterarumque præstantiâ judicare pos-
sunt. In quo sæpe fortunam accuso, quæ mihi facul-
tatem veniendi ad te, quod eram hac ætate pollici-
tus, & cupio vehementer, adhuc quidem eripiat.
Quod cum licebit, accurram. Quid enim ista amœ-
nitate jucundius, isto cælo salubrius? quid porro ad
beatè vivendum deesse potest ei, qui tecum vivat,
cujus in adibus primum oritur ex tua disciplina vir-
tus, deinde excipit virtutem liberalitas. Hoc igitur,
cum per negotia licebit: & utinam maturè li-
ceat. (A) Interim memoriâ tui fruar; teque licet
hòc terrarum spaciò disjunctum, colam, ut præsen-
tem; nec ullum erga te, quod ab homine tui studio-
sissimo possit expectari, aut officii genus, aut studii
prætermittam. Vale. Venetiis.

ANTONIO VERANTIO, E- PISCOPO ARGIENSI.

EPIST. II.

*Gratias agit Verantio Episcopo Agriensi 1. de salu-
tatione. 2. De Emblemate missò: ac se ad ipsum aman-
dum, colendum, prædicandum hac epistola velut præde-
obligat.*

*Form. Volui sæpe ad te scribere, sed pudor prohibuit.
Atque ego te cum ante aliquot annos. (A)*

Form.

tame
Cū
prox
tasse
tuun
cepi
habu
ptab
cont
quar
omn
fortu
tam
Atq
fam
sem
mer
se in
& q
est v
reru
tissi
les
gni
geb
biti
gni
spe
faci

Form. Si coram non possum, absens te colam. Veruntamen si tibi. (B)

Cum *, tui studiosissimus, & præclaræ non solum indolis, sed jam etiam virtutis adolescens, proximè reversus è Pannonia, tuo me nomine salutasset; atque hoc officium iis verbis, quæ faciliè tuum de me iudicium declarabant, subsequutus esset: cepi sanè voluptatem in credibilem, nec mediocres habui gratias Deo Opt. Max. cui soleo, si quid optabile contigit, acceptum referre, & à quo, si quid contrà, sperare meliora. Nec verò tuâ mihi quidquam amicitia vel ad meam laudem illustrius, vel omnino amplius possum existimare; cujus audio fortunam à multis ita laudari; atque extolli, ut nemo tamen sit, quin fortunæ virtutem anteponat. (A) Atque ego te cum ante aliquot annos, commotus famâ laudum tuarum, diligere, & observare cœpissim; animumque meum probare tibi literis vehementer vellem: pudor vetuit, non omnino fortasse improbandus; meque ab hoc detertere consilio, & quasi reprehendere natura mea maximè semper est visa. Quid? tunc talem virum gravissimarum rerum onera sustinentem, deditum studiis præstantissimarum artium, inani scriptorum genere appelles? revocabat ratio, & habendum mihi tum dignitatis tuæ, tum modestiæ meæ rationem intelligebam. Sed profectò à rectis mentibus non ambitione, sed officio incensis, divina nunquam benignitas abest. Qualem enim ego certè vix unquam sperare ausus essem, ea mihi nunc à te ipso oblata facultas est. Cui de mittendo ad me emblemate, elegant-

legantissimè, & in quo summam laudem statuo, admodum piè conscripto, venerit in mentem. Quosum dupliciter affectus officio: lætitiâ primum ex ipsâ re; debet enim iuncta vehementer esse amoris, ac iudicii, à tali præsertim viro profecto, significatio: deinde molestia quadam quòd, qui humanitate vinci non faciliè patiar, nunc quidem à te captus atq; oppressus, tantum in hac virtute, quâ nulla magis hominem decet, tibi concedâ necesse est, quantum in aliis, quibus te Deus ornavit, & industria tua, minimè paucis: quarum fama non Germaniæ, aut Pannoniæ, continentium regionum, ambitu terminatur, sed Europam, quanta quanta est, ac penè terrarum orbem jam pervolat universum: (B) Veruntamen, si tibi, magnis locorum spatiis disuncto, singularem animi mei ad te amandum, colendumque propensionem ostendere minus possum; apud eos saltem, qui meam vocem audiunt, meisq; sæpe sermonibus interfunt, tuam doctrinam, eloquentiam, in primis verò putam ab omni labe religionem assidue prædicando, profectò ipse mihi aliqua ex parte satisfaciam. Nec tamen ita sterilem cognovimus industriam nostram, licet mihi laudem ingenii nullam adscisco, quin ea fructum aliquem, qui ad tuum decus pertineat, nec sine tuâ gloria pervulgetur, aliquando ferre possit. Quod aggrediar ita libenter, & ita studiosè curabo, ut eventus futuri lætitiâ avidè præcipiam: deque eo, quod nondum præstiti, jam nunc, perinde ac si præstiterim, ipse mihi gratuler, & huius quidem veluti prædem promissi, meæ testem voluntatis, hanc ad te mittendam epistolam putavi. Vale. Venetiæ.

AN-

volens
qui c
sibi a
ptorn

V
hinc
folu
dine
cant
Nec
imm
Atq
clav
ad t
aliqu
exip
fatis
igit
ipse
vid
viro
ope
dii
pre